



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIX. Die Markgrafen Otto und Albert schenken dem Kloster Diesdorf das
Dorf Malsdorf, am 4. November 1279.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

milites, filii nobilis viri Conradi de Dorstadi, omnibus, ad quos prefens scriptum peruenerit audiendum uel videndum in perpetuum.

Prudens ad inuenit antiquitas, ut ea, que rationabiliter geruntur, scriptis roborentur et testibus, ne cum mutabilitate temporis ab hominum memoria euanescant. Hinc est quod presentibus uolumus esse notum et futuris constare plenius, nos cum domino Frederico, preposito in Disdorpe conuenisse in emptione quorundam bonorum, que sita sunt in Hondolslege, que suo claustro iam dicto uendidimus pro undecim marcis puri argenti in proprium cum iure pheodi, et eis plenam de eisdem bonis prestamus uarandiam in omni loco, ubi eis fuerit opportunum, tali condicione apposita et adiecta, ut dictus prepositus, uel qui post eum erit pro tempore, eadem bona porrigat in pheodo Henrico et Dhetburgi, uxori sue, prout ipse bona de manu nostra antea recepit, nec non promissimus fide data eidem preposito et suo claustro in Disdorpe, dum frater noster Arnoldus a Studio reuertatur, suum apponet consensum pariter et sigillum. Insuper promissimus et tenebimur adimplere, ut cum Conradus, filius Frederici, ad annos discretionis peruenerit, dictam uenditionem nostram de premissis bonis gratam habeat atque ratam. Sane ut hanc uenditionem nostram et omnia, que prescripta sunt, rata maneant et a nullo in posterum ualeant immutari, presentem litteram inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione roborari iussimus ad cautelam et euidentiam ueritatis. Huius rei testes sunt dominus Bernardus de indagine, Comes Henricus de Woldenberch, dominus Conradus de Wereberchge, nobiles, Dominus Nicolaus, plebanus sancte Katerine, Henricus de Ingeleue, aduocatus domini Waltheri, Henricus de Valeberch et alii quam plures. Datum et editum de ore Henrici prepositi Sancti Blasii in Brunefwic, Anno domini M^o. CC^o. LXX^o. VIII^o., in die inuentionis beati Stephani Protomartiris.

Gercken's Dipl. II, 167-170.

XIX. Die Markgrafen Otto und Albert schenken dem Kloster Diesdorf das Dorf Malsdorf, am 4. November 1279.

In nomine domini amen. Varietas temporum, multitudo tractatum adeo nostram infirmat memoriam ut necesse sit quod adiuuetur uoce testium et testimonio litterarum. Hinc est igitur, quod nos Otto et Albertus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, notum facimus tenore presentium perpetuo protestantes, quod ob reuerentiam omnipotentis Dei eiusque intemerate uirginis Marie Conuentui Sanctimonialium in Distorp proprietatem X. chororum de uilla Malsdorf annuatim prouenientium insuper et medietatem advocatie trium curiarum et VI. Cottatorum ibidem sitorum damus et donamus perpetuo possidendam. Ut igitur hec nostra donatio per nos nostrosque successores perpetuo immutabilis perseveret nec ab aliquibus uolari ualeat uel infringi, presentes litteras desuper conscribi fecimus et sigillorum suffragio communiri, adhibitis nihilominus testibus infra scriptis, ut domino Bartholdo in Saltwedel preposito, Bernardo de Strele, Arnoldo de Pagedy, Johanne de Stendal, Johanne de Krakou, Henrico Mynner, Johanne

de Buch et aliis quam pluribus nostris fidelibus et vassallis. Datum Borch, per manum Bruningi notarii nostri, anno dominice incarnationis M. CC. LXXIX. Prid. Nonar. Nouembr.

Gercken's Fragm. I, 24. — Lenß Br. Urk. 82. — Beckmann a. a. D. 103.

XX. Die Grafen von Danneberg treten auf Bitten des Ritters Paridam von dem Kneesebeck dem Kloster Diesdorf das Eigenthum an einer von ihnen lehnbaren Hebung aus Dolsleben ab, am 21. Februar 1279.

A. et G. et Ni. dei gratia Comites de Dannenbergh, omnibus hanc literam visuris salutem in domino salutarem. Nouerint vniuersi tam futuri quam presentis temporis, quod nos diuina annuente gratia ad petitionem domini Paridami, militis de Kneesebeke, claustro in Distorp decimam supra quintum dimidium mansum in villa Dolsleue, que nos iure beneficii contingit, libere et beniuole dimittimus et relaxamur. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXIX^o. Dannenbergh, die Felicis episcopi et confessoris, nostri sigilli munimine roborandum.

Nach Gercken's Dipl. II, 172. 173.

XXI. Probst Heinrich von Verden, Bruder der Grafen von Danneberg, consentirt in Erwerbungen des Klosters Diesdorf, im Jahre 1279.

Henricus, dei gratia Verdenfis ecclesie summus prepositus. Notum sit vniuersis hoc scriptum intuentibus, quod Conuentui ecclesie in Distorp in habendis bonis promouere cupientes in argumentum dilectionis, qua fauorabiliter eum amplectimur, tali ac tanta gratia respicere duximus ut gratum et ratum habeamus, si de nostra proprietate quippiam sibi comparauerint omni iuri nostro super eo penitus renuntiantes.

In Dorso des Originals stand: Henricus prepositus de Dannenberche, frater Comitum.

Gercken's Dipl. II, 174.